nacho S. Germani a Pratis descripta nouissime et  
condidit Venerabilis Pater Jacobus Du Breulius  
dein monasterij octogenarius. contigitq. illa trans  
latio anno Dni 855. sed uicuat aliquid de illius  
ferre ubi potissimum mentionē facit de maiori Ecclē  
sia Astarugustana Ciuitatis, cum inquit Aymo  
niz c. 6. li. 1. Translationis eiusde sancti Vincentij  
monachū e Valentia Ciuitate Hispania corpus B.  
Martij ad Gallias deferret suspicio eandem Ce  
sarugustā de uincis et amatione quodā se uicpitan  
que soluto, dū in occulto reparte sua domus vi 11

gilians et tacens quiesceret animadvertit memoratū monachū  
 ante S.<sup>ti</sup> corpus lucentibus cerni presentem astare.  
 Itaque perturbato nocturnali tempore signo ad Eccl.  
 Esia concito pergit: atq. quod viderat per inter  
 numcium Episcopo Ciuitatis intimauit. Qui festi-  
 tima farina sibi vna cū palmis pudore sublato  
 deportari iussit. monachū autē cōpre bendimoda  
 uit. Ne vero paulo ante de necessarijs vix sūptibus  
 meditant, propter emendat panes, ministro qui  
 erat mutus domi relicto, ad forū proceperat, epis  
 corū naque diuiso fasce et que que inerat uniuersis  
 corā expositis, reperit Santū intēnyecū latens pignus  
 sacco diligenter insillū. Quod stupens nimisq. admirā,  
 et estimans omnino quod erat plane altitius S.<sup>ti</sup>  
 martyris corpus iussit illud auferri, atq. in Ecclē  
 sia B. Maxie semper Virginis (quia est mater  
 Ecclesiarū eiusdem vrbis) veneratē recondi: in quo  
 olim sub Valerio Pontifice idem martyr strenueque  
 athleta Archidiaconi arcem insignis tenuerat.

Nota

Cap. 7.

His ita dolo peractis Audalduy horū nerūū companij  
 dulio domū regreditur: agnitog. (proh dolor) hoc culti  
 facto percussus animi dolore ad uindē Epū nomine  
 Seniore lacrimis plenus accessit conueni cū eode iniuste

Senio Epus Cesarau-  
gusta Urbis

Sibi subdulto corporeculo, et meo, ait meo fuerat  
ille propinquus, in partibus Hispaniarum nuper  
mortuus ac sepultus. Cuius cadaver inter reliquo-  
rum parentum meorum exanime antea componere so-  
lagi, hoc terrarum spatio multis vexatus calamita-  
tibus Xpo propicio per agras evicti, at hic non cades  
Epus fecit eum Virgii atrociter cadi, Unde nouo co-  
mento, de sepelire subduceret usus huiusmodi cadaver  
dixit esse S. Marini martyris, et sic ad suam mona-  
sterium tulle sine corpore. B. Vincentij reuertitur.  
Cui fratres ut mendacium et gyrovagum repellunt.  
Ita ergo ad canonicum ordinem S. Benedicti in Albi-  
genti diocesi situm, et castro. Sive Castione num-  
cupatum, que urbi modo sedes est Episcopalis setia  
sferes. Ginebertus eiusdem loci Abbatem cuiusque  
sibi acciderat ordine disserit, a quo in numerum fra-  
tra ascitus post octo annos et sex menses rursus euali  
quos fratribus ad Cesaraugusta dirigitur. qui  
inductus et opere Salomonis Cardanensis Comitis  
corpore. B. Vincentij tandem obtinuerunt. Iste enim  
Salomo apud Regem maiorem Cardubensium finxit,  
Cesaraugustanum antistitem parentis sui Sugnaxij  
in Hispanijs occisi, cadaver iniuste retineri, quod  
ut reciperet mereretur centum solidos id est aureos



obtulit, spondens etiam se totidem Abdila Cesa  
 raugusta Regulo datum si p[ro] adictum Seniore  
 Ep[iscopu]m ad restitutione[m] cogere vellet. quod cu[m] nume  
 rato prius pecunia fuisset Sacratissimum. B. Vin  
 centij corpus ad p[ro] adictum monasteriu[m] Castrense de  
 latu[m] est corrente anno 1664. huius autem tanta ma  
 xime parte[m] maxilla anno Dni. 1215. largitus  
 est monasterio nostro. S. Germani a Prati Vicin  
 ity Ludo uuu octauy, Philippi Augusti Fran  
 coru[m] Regij filij et pater S. Ludouici. qua[m] ab  
 Abbate et conuentu p[re]fati cenobij Castrensis accepit,  
 de qua maxilla particula contulimus monachis mon  
 asterij Sancti Vincentij iuxta muros Carnomaniis  
 Prati anno Dni. 1533. eisdemq. fratribus particula[m]  
 altera[m] (priori tumultu et tempestate temporis, amissa)  
 anno Dni. 1602. de p[re]fato p[ro]p[ri]o nostro dedimus  
 sicut et vigesima prima die mensis Februarij eiusde  
 anni paululum de eiusde[m] S. reliquis magna impo  
 tumitate pulsati Diuise Flandrie antea sederamus,  
 qua[m] ducina dicebat hoc mandatu[m] habere a Sorore Regij  
 Hispanie quatenus nimirum suo nomine Santi mar  
 tyrij cum deus est erat, reliquis impetraret, reliquis  
 autem p[re]fati Vincentij caput a Castrensi mona  
 chio ad clareuallense monasteriu[m] per Cornardu[m]

De translatio  
 partij maxille  
 vicentij Martij  
 regij anno 1215

Epum Pontuense et sedis Apostolica in Gallia. Le  
gatum anno Dni .1224. pridie Kal. Maij delatum  
est prout istius rei monumentu apud Claresialle  
reperuatur

Devenico rursus Nunc aute de Turico sive Polo dicti Martij a  
y. si. Vincentij nobis aliquid specialius est narrandum secundum  
copiosius expedi- quadin vetustis Codicibus nota a Bibliotheca di  
cibus veteris dicimus legitur ergo de eade hoc modo

Prudens igitur tempore Childebrandi Saxonum Reg  
ni p[er]tinet cu valida expeditione iuncto sibi Clotha  
no fratre, qui Cesaraugustana civitate aggere. si  
vntiqua vallarunt Valida manu militari. at  
cuius dabis obsessi: cu non quirent resistere tante mul  
titudine ei genua acule propheticis sortatur, vnu quodque  
inquirent inuocame vnde tribulationis tuae, expe  
te et magnificabime, spem suae co m[un]ere salutis,  
na conuertit ad Dominu vnde ieiunio sibi: in  
duti ita cilij. cu eunice. B. Vincentij Martij  
eiusdem Civitatis olim Archidiaconi: cu Symandijs  
circuibant muros Civitatis, mulieres quoque pallij  
amicta pallijs. cinere imponentes capiti, sparsis exi  
mibus sequebantur reliqua vulgus ciuludo plamti  
bus nimis. Cum vero ita spem suam omnino in Domino  
statuerent. ut dicretur ibi Nimirum ieiunium

celebrari: ne dubium foret alicui, quoniam eorum precibus  
interuenire. S. Martijis Dni. miseretur eos ab im-  
minenti exitio libertaret quanto citius, quare ne nequiqua  
eos fecisset. nam hostes ignari quid obsecrari agerent dum eos  
Ciuitatis muros processionaliter circuire viderent, puta-  
bant quod aliquid maleficij perpetraret. apprehen-  
sunt. Vnu de ciuibus cepit quid hoc esset perquirere  
attentius, qui ait Tunicam. B. Vincentij. inquit  
deportamus, et ut nobis. S. Martijis precibus in-  
tercedatur Dni flagitamus quod quum relatu esset Re-  
gi pijsimo flexus ad misericordiam pultore mitissimo  
a CesarAugustanis accipiens Tolam. S. Luitae  
et Martijis in munere gratisimo, Vno cum fratre  
se reddidit gemitu solo. Veniens igitur Parisum  
in suburbij loco qui olim nuncupabatur Luoticius  
in honore S. Vincentij Ecclesia accelerauit construere  
propensius, postea quom fundatione monasterij istius  
emancipauit sequitur. et quia ut proutatum est eade  
Basilica in modu Crucis adificata fuerat. quatuor  
altaria continebat. ex quibus principalis aram in ho-  
nore S. Crucis Santij. Vincentij Martijis. Vbi etiam  
ipsius Tolam qua Floriosus Rex Chilobertus asporta-  
uerat ab Hispanijs reuoluit. Haec de uerulis manu-  
scriptis nostris Parisim collectis sufficiunt.

Quo cū videri diuersos Auctores modo Stola modo  
An idē Vestimē  
tū fuerit Stola  
et tunica et  
qui scripserint  
de tunica S<sup>ti</sup> Vin  
centij

Tunica indifferenter accipere non mihi persuades di  
uersa tunc temporis Vestimentoꝝ fuisse genera. Le  
gimus enim in uita S<sup>ti</sup> Mauri Abbatis et Diacon  
i quod semper Stola Leuitica generet, quae nihil  
aliud significare potest quā ornamentū genuū quo  
Leuitae induebantur Unde et tunica etiā dicitur  
et conuergo. Ut legitur in Historia filij prodigi quē  
reuertentē ad patrie Comignū ille pater Italampina  
induit, id est tunica ei donauit quo indueorum  
cogit regnat. Ceterū de Stola seu tunica Beatissimi  
Vincentij Martij multī Auctores egerunt inter  
quos Gregorius Turonensis hist. Franc. li. 3. c. 29.  
Aimoniū li. 2. c. 19. et 20. in quo capit de uilegiū  
nū fundationis. Childeberti refert. et de donatione  
illius ubi sic ait. Ego Childebertus Rex etc. cepi  
constituere templū in uabe Parisiaco. prope muros  
Cuitatis in terra quae appellat ad fiscū Iriacense  
in loco quē appellatur Locotitio, in honore S<sup>ti</sup>  
Vincentij Martij, cuius reliquijs de Spania  
apportauimus etc. Sigibertus in Chronico. 342.  
Ado Viennensis in Chronico. 527. Paulus Aemi  
liū et Gagōnus lib. i. de Childeberto Rege Baroniū  
To. 7. Annal Oulij et Franciscus Velleforestius tū




In testimonium autē eorū omniū quæ superius et manu  
scriptis collegi ego frater Antonius Bonian. Bib  
liothece carui et scribo Capit. monasterij S. Ger  
mani a Bratis. Signū meū apponēdū censui. Vi  
gesimo sexto die mensis Februarij. 1605.

fr. Antonius Bonian


Duos Vincentios diaconos enumerat sub  
Daciano preside et imperatoribus Dio debia  
no et maximiano  
chronica del Rey D. Alonso p. p. e. cap. 151.  
fol. 117. pag. 2. ibi -  
San Vicente et Diacono - ceterū  
San Vicente et Diacono sic scribit cum h.  
San Valero obispo de saragoça -




























GENERAL INDEX

... ..

...

...

...

...


...

...

...

...

...



31

# CATALOGVS


## ANTISTITVM CÆSARAV- GVSTANORVM.

Qui Romanorum, Gothorum, Arabum, & aliorum post  
iplos Regum tēporibus Cæsaraugustanæ Ecclesiæ,  
quæ in Regno Aragonū est Metropolis, præ-  
fuerunt usq; ad annū M D CX.

AUCTORE DOCTORE MARTINO CARRILLO  
*Canonico eiusdem Cæsaraugustanæ Sedis, ac nunc Regio in  
hoc Sardinie Regno Visitatore.*



Excudebat Martinus Saba.  
CALARI, Delicentia Ordinarij. 1611.



72

ILLVSTRISSIMO AC REVE-  
RENDISS. D. D. F. PETRO MAN.  
RIQVE ECCLESIAE CAESA-  
RAVGVSTANAE ARCHIE-  
PISCOPO.

*D. Martinus Carrillo eiusdem Ecclesiae  
Metropolitanae Canonicus S.*



D me in hoc Sardiniae Regnū,  
ubi Visitatoris Regij fungor  
munere, delatum est, Praesul  
Illustrissime, cecidisse iam ( uti  
liceat uerbis Dauidicis ) Vrbi  
nostrae funes in praclaris, ut  
cum maxime: dum te Praesu-  
lem meritissimum, & uigilantissimum Pastorem,  
fauente Caelo, nacta est. Et quamquam, ad tuas per-  
uenisse aures, haud dubitem, peruulgatum satis, ac  
celebre antiquitatis, nobilitatis, ac magnitudinis  
ipsius nomē, quam sanctissimus Iacobus Hispaniae  
nostrae Patronus, & Apostolus Christi Domini,  
Euangelicae doctrinae radijs, & sanctissimae con-  
uersationis exemplis clarissimam effecit, quam An-  
gelorum, & Hominum dignissima Regina ( au-  
gustam utiq; sibi sedem ) benignissime delegit,

quam deniq; iure merito noster Prudentius, & Angelorum, & Martyrum his carminibus appellat domum:

*Plena magnorum domus Angelorum  
Non timet mundi fragilis ruinam,  
Tot sinu gestans simul offerenda.*

*Munera Christo.*

*Hunc novum nostræ titulum fruendum  
Cæsar augustæ dedit ipse Christus:  
Iuge viventis domus ut dicata*

*Martyris esset.*

Ipse tamen, tuorum utiq;, Præsul Illustrissime, minister clarissimorum præcessorum, ac earum uirtutû studiosus explorator, quibus mirifice claruerunt (absens licet) hosce offero, uelut turgescentes racemos, quos ferax uinea nostræ tulit Cæsar augustæ: ut non aliter, quam ille Iosue, Israelitici ductor agminis, maiores animos facias, & ardentius ingredi concupiscas, terram certe manantem lac, & mel: Ecclesiam scilicet, cui tot insignes genere, doctrina, & sanctitate Præsules præfuerunt, quot continet hic catalogus. Inter quos, Præsul Illustrissime, pro tuis meritis, dignissime numeraris, qui tuis claris exemplis clariorem efficis clarissimam sanctissimi æque, ac doctissimi familiam Augustini, quem literis, & concionandi munere (proles quidem in-

genua


23

genua parentē optimum ) proxime sequeris : quiq;  
Ecclesiam Dertusensem, quam rexisti, & Ca-  
thalonix Regnum, cuius egisti Proregē,  
singulariter decorasti. Fœlix Cæsa-  
raugusta, cui datū est eo bo-  
no frui, quod adēptū  
Augustiniana fa-  
milia, Der-  
tusensis Diœcesis, & Cathalonix  
Regnum deplorant.  
V A L E.

Calari nonis Iunij. Anni 1611.



CAESARAVGVSTANI  
ANTISTITES.

- 1  Sanctus Iacobus maior Ap-  
stolus.
- 2 Sanctus Athanasius.
- 3 Sanctus Joëlix Episcopus.
- 4 Sanctus Valerius I.
- 5 Valerius II.
- 6 Clemens.
- 7 Casto, alias Costo.
- 8 Valerius III.
- 9 N. non extat nomen eius.
- 10 Vincentius I.
- 11 Ioannes I.
- 12 Vincentius II.
- 13 Simplicius.
- 14 Maximus.
- 15 Sanctus Ioannes II.
- 16 Sanctus Braulio.
- 17 Taio.
- 18 Valderedus.
- 19 Bentius.
- 20 Senior.
- 21 Heleca.




- 22 Paternus.  
 23 Vincentius III.  
 24 Petrus I.  
 25 Bernardus I.  
 26 Petrus II.  
 27 Stephanus I.  
 28 Garcia Maxones, alias Currea.  
 29 Guilielmus.  
 30 Bernardus II.  
 31 Petrus III.  
 32 Raymundus I.  
 33 Rhodericus I.  
 34 Raymundus II.  
 35 Sanctius I.  
 36 Bernardus III.  
 37 Vincentius IIII.  
 38 Rhodericus II.  
 39 Arnaldus de Peralta.  
 40 Sanctius II. de Peralta.  
 41 Petrus Garzes de Jaunas.  
 42 Fortunius de Vergua.  
 43 Hugo de Mataplana.  
 44 Eximenus de Luna.  
 45 Petrus Lopez de Luna.  
 46 Petrus Aznar de Rada.

- 47 *Guilielmus Cardinalis.*  
 48 *Lupus Fernandez, de Luna.*  
 49 *Garcia Fernandez, de Heredia.*  
 50 *Franciscus Clemens Perez.*  
 51 *Alphonsus de Arhuello.*  
 52 *Dalmatius de Mur, & Cerbellon.*  
 53 *Ioannes Aragonius 1.*  
 54 *Alphonsus Aragonius 11.*  
 55 *Ioannes Aragonius 11.*  
 56 *Frædericus de Portugal.*  
 57 *Ferdinandus Aragonius.*  
 58 *Bernardus Albarado de Frasneda.*  
 59 *Andreas Santos.*  
 60 *Andreas de Bobadilla, & Cabrera.*  
 61 *Alphonsus Gregorius.*  
 62 *Thomas Borgia.*  
 63 *PETRVS MANRIQVE.*



# CATALOGVS ANTISTITVM CÆSARAVGV- STANORVM.



ANCTVS IACO- *Anno Do-*  
BVS Maior Apосто- *mini. 36.*

lus Cæsaraugustanam  
Vrbē Euāgelico lumi  
ne clarā reddidit, addu  
ctis præsertim in ea ad  
Christi fidē Torqua-

to, Secundo, Ctesiphonte, Indaletio, Cœ-  
cilio, Euphrasio, & Hesichio, quibus &  
alijs Vniuersam postmodum Hispaniam  
Christo Domino subegit. Is etiā Cæsaraug-  
ustæ sacram ædem Beatæ Virginis, cui  
uulgo nomen est *DEL PILAR*, ante fœli-  
cissimam illius Apsumptionem extruxit,  
Eiusdem Virginis in Columna sibi cœli-

A tus

B. D. L. O. L. D. Z

2. *Cæsar augustani*  
tus apparentis admonitu, quippe quæ de-  
uotissimam hanc Urbem, in suam tute-  
lam semper esset habitura.

*Cæsar augustani Antistites Romanorū,  
& Gothorum temporibus.*

Anno Do-  
mini. 40.



ANCTVS ATHANASI-  
VS Eiusdem Apostoli Disci-  
pulus, à quo etiam Cæsarau-  
gustanus creatus est Episco-  
pus: iacet honorificè sepultus iuxta Ma-  
gistrum in Ecclesia Compostellana, una cū  
Theodoro præbytero, qui CæsarAugustæ  
fuerant ab Apostolo relictī. Post sanctum  
Athanasium, qui rexerint CæsarAugusta-  
nam Ecclesiam usquè ad sanctum Fæli-  
cem, nō est proditū nostræ memoriæ. At  
extat Beatā Virginē Engratiā (olim Encra-  
tidem) Lupercium, & alios socios (Pruden-  
tij quondā decātos Ode) hoc intercepto  
tempore, sub sæuissimo Datiano pro Chri-  
sti fide in hac urbe fudisse sanguinem.

Anno Do-  
mini. 255.



ANCTVS FOELIX Episco-  
pus etiam CæsarAugustanus. Hūc  
sanctus

sanctus Cyprianus fidei cultorem, ac Ciuitatis appellat deffensorem.



ANCTVS VALERIVS Anno Domini. 290.

I. Patria etiam Cæsaraugustanus, ex Illustri Valeriorum domo, quam infulatam uocat Prudentius. Exulauit iudice Datiano, atq; in cænobio Roda Sanctissime mortuus honorifice sepelitur. Eius caput, & brachiū in sua Cæsaraugustana Ecclesia, in qua pastoraliter olim, & corporaliter præfuerat, magna ueneratione seruatur, & colitur. Hoc Pótifice inuictissimus Martyr Vincērius, eius Diaconus, innumerabiles itē, qui dicuntur, Cæsaraugustani Martyres occisi sunt ab eodem impio Datiano. Claruit & insignis martyr Lambertus, qui reuulsum à ceruice caput suis manibus gestans ad eum usq; locum perrexit, ubi Martyrū innumerabiliū trucidata corpora iacebant.



ALERIVS II. Ex eadem Valeriorum familia, doctus iuxta ac Anno Domini. 317.

eruditus: interfuit Illiberitano cōcilio, ut ex accurata temporum rarione li-

Anno Do-  
mini. 326.



LEMENS. Interfuit Arelaten-  
si concilio, sub Syluestro Papa.

Anno Do-  
mini. 339.



ASTO, aliàs COSTO, sub  
Iulio primo, interfuit cõcilio Sar-  
dicensi contra Arianos coacto,  
Constantio, & Constante Imperatoribus.

Anno Do-  
mini. 360.

VALERIVS III. Ei cõcilio interfu-  
it, quod primùm est CæsarAugustæ  
celebratum Alarico Rege.

Anno Do-  
mini. 440.



Non extat nomen eius, qui Va-  
lerio III. successit in Episcopali  
sede: At constat, eum quisquis  
fuerit, obstitisse cuidam Syluano Calagur-  
ritano intruso Episcopo.

Anno Do-  
mini. 486.



VINCENTIVS I. Sub fœlice  
Papa interfuit cõcilio Tarraco-  
nensi cū alijs decem Episcopis.

Anno Do-  
mini. 530.



IOANNES I. Interfuit Barchi-  
nonensi cõcilio era 578. Et Iller-  
densi

denſi era 584.

**V**INCENTIVS II. Sedit Leonigil- *Anno Do-*  
 di Regis Ariani tempore, cui etiam *mini. 586.*  
 fuiſſe fertur amicitia, & familiarita-  
 te coniunctus.

**S**IMPLICIVS, Sub Pelagio Papa, *Anno Do-*  
 & Recaredo Rege Catholico, inter- *mini. 589.*  
 fuit Toletano concilio, quod era 627.  
 celebratum eſt: creditur à quibuſdam, eo  
 Præſule Childebertū, & Chlotariū Fran-  
 corum Reges Urbem obſediſſe, ac re infe-  
 cta in patriam reuerſos, ab obſeſſis libera-  
 liter donatos inuictiſſimi Martyris Vin-  
 centij ſtola, quam in Eccleſia ſub eius no-  
 mine Deo dicata Pariſijs aſſeruarunt. Alijs  
 placet obſidionem hanc ad Vincentij II.  
 tempora referre.



**M**A XIMVS Ex ſancti Benedi- *Anno Do-*  
 cti familia: interfuit concilio *mini. 596.*  
 Barchinone celebrato in Ec-  
 cleſia ſanctæ Crucis, quod  
 Prouinciale Tarraconenſe dicitur. Claru-  
 it litteris, fertur que Gothorum geſta, mul-  
 ta,

ta etiam alia, & metro, & soluta oratione scripsisse.

Anno Do-  
mini. 611.

**S**ANCTVS IOANNES II. Patria etiam Cæsar Augustanus, ac sancti Braulionis frater, olim monachus, & Abbas: sedit Sisebuto Rege, sanctitate iuxta ac eruditione sacrarum literarum clarus. Scripsit de Ecclesiasticis officijs, & de solemnitate Paschatis. Pius admodum, ac erga pauperes liberalis, merito Pater pauperum est appellatus: præfuit annos 12. Illū uero sanctus Ildefonsus commēdat lib. de uiris illustribus.

Anno Do-  
mini. 624.

**S**ANCTVS BRAVLIO sancti Ioannis frater, ac proxime successor: sedit temporibus Sifenandi, & Chintilæ, Tulcani, & Childasuindi Regum, doctrina æque, ac sanctitate Illustris. Scripsit sancti Aemiliani uitam. Ad ipsum sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus, Etymologiarum librum misit, ut ex reciprocis eorūdem claret epistolis. Mira inter hos insignes Præsules animorum, ac studiorum coniunctio. Cæterum sanctus Braulio Ecclesiam,



clesiam, quæ sanctarū Massarum dicitur,  
 instaurauit. Interfuit uero Concilijs III. V.  
 & VI. Toletanis. Sedit annos 20. ac eius  
 tandem corpus in Ecclesia Beatæ Virginis  
 DEL PILAR, honorificè seruatur.



**T**AIO Sanctitate clarus, ac literis: *Anno Do-*  
 interfuit concilio VII. Toletano, *mini. 645.*  
 quo approbante Romam profe-  
 ctus, ibi somno admonitus libros Morali-  
 um sancti Gregorij, Papæ amissos, magno-  
 totius Ecclesiæ bono, reperit: quo factò &  
 Romæ, & in Hispania magnam sibi uene-  
 rationem conciliauit. Contigit sub Chin-  
 dasuindo Rege, qui auctor fuit, ut in eam  
 sententiam concilium iret.

**V**ALDEREDVS Rege Eruigio *Anno Do-*  
 misit ad XIII. cōciliū Toletanū Frey *mini. 680.*  
 debadum Abbatem, ut eius uices  
 ageret. Ipse uero interfuit ei Cæsaraugusta-  
 no concilio III. quod sub Sergio I. & Rege  
 Egica 1. Nouembris anni 691. coactū est,  
 nec non etiam Toletano XIII. eodem Re-  
 ge, ac anno sui regni sexto.

BEN-

Anno Do-  
mini. 700.



ENTIVS, Beatissimus, ab antiquis scriptoribus appellatus. Sedebat eo temporis, quò à Mauris Hispania miserè afflictabatur; eorumq; Duces Mussa, & Tarife, Lusitania, & Batica expugnatis, Casar Augustam obsederunt. Quorum perfidiam, & barbaram insolentiam fugiendam ratus cum nonnullis ex suis, secessit in Cœnobium sancti Petri Tabernæ, Gothorum tempore ualde celebre, ciuib; interim deditibus sese barbaris, qui multa pollicebantur, quæ pro suo more non erant postea seruaturi; atq; ibi sanctorum reliquias, & Ecclesiasticos libros acceptus honorifice collocauit; ubi & annos uixit complures, seduli, ac pij pastoris officijs minime prætermis; cuius consilio, & industria de Hispaniæ libertate ceptû agi. Interim Mauri Ismaelè Abenhut Arabem præfecerunt occupatæ urbi anno 725. qui templa, & ædificia diruere, Christianos trucidare, & alia crudelia impune exercere: frustra tamen, nam non pauci fideles Christi cõueniebant in templum Beatæ Virginis DEL PILAR.

Epi-

*Episcopi Cæsaraugustani Maurorum  
temporibus.*



**S**ENIOR. Post Bentium primus, cuius extet memoria, uir erat clarus moribus, literisq; Numerabantur eo Præsule fideles Christi complures Cæsaraugustæ.

Anno Domini. 820.



**H**ELECA. Mauris nullatenus permitentibus, ut Cæsaraugustæ resideret, residebat in regno Galatiæ. Vbi consecrationi interfuit cum alijs sexdecim Episcopis Ecclesiæ sancti Iacobi, ac deinde concilio Obatensi.

Anno Domini. 860.  
et 906

*Vide Florz  
Co. 26 fol. 95.*



**P**ATERNVS. Post ultimam memoriam Heleceæ, nullius alterius præter quam Paterni prodita est, totos annos plusquam ducentos. Creditur, uacasse ledem hoc intercepto tempore, atq; Ecclesiam gubernatam Præsbyterorum cura, usque ad tempora Ramirij Regis primi, qui Al-mudahir Regem Arabem, & successores eius imperio suo reddidit tributarios. Af-

Anno Domini. 1039.

B

sumptus

sumptus fuit ex monasterio Pinnatensi, cui præerat non sine existimatione sanctitatis. Interfuit Iacensi cōcilio anno 1040. in quo id inter alia præstitum, ut diuinum officium nō nisi Romano ritu celebraretur. Vixit uero usq; ad annum 1080. Appellatus est demum Paternus minor.

Anno Do-  
mini. 1100.



VINCENTIVS III. Insignis Præsul, totus fuit in Ecclesia moderāda. Consecrauit Ecclesiā in oppido Luna anno. iiii. obiit eodem anno.

Anno Do-  
mini. 1112.



PETRVS I. Extat ferè nihil, quod gesserit: uixit enim annum circiter solū post Assumptionē.

Anno Do-  
mini. 1113.



BERNARDVS I. De hoc etiam nihil extat memoriæ proditum, fortassis enim non multum uixit: Assumptus uero fuit anno 1113.

*Episcopi Cæsar augustani Aragonensium  
Regum temporibus.*

Anno Do-  
mini. 1118.



PETRVS II. Hic primus præfuit in Ecclesia sancti Saluatoris, posteaquam ab immunditijs  
ditijs

90  
ditijs Maurorum translata est ad pristinā puritatem. Postquā enim Alphonfus Rex primus Abuhazalem Regem Arabem interfecit anno 1110. & Cæsaraugustam uindicauit in libertatem, acto de Barbaris triumpho die 18. Nouembris anni 1115. ac Deo gratijs apud Beatæ Virginis *DEL PILAR*, Curauit etiam sedulo, ut Maurorum templum (Mesquitā ipsi uocant) Saluatori generis nostri iterum sacraretur. Quod quidem magnis auctum muneribus, & assignatis redditibus, datum est regularibus Canonicis. Petrus uero, ut erat præstans litteris, & moribus, multa cōposuit, & digessit in ordinem Hierarchicum. Occubuit demum prope Castrū Cutandam anno 1128. strenue dimicans aduersus Arabes, quorum fuit semper acerrimus insecutor.



STEPHANVS I. Sedit hic sub *Anno Domini. 1129.*  
Innocentio II. Summo Pontifice non integrum biennium: unde non est mirum, si nihil extet memorabile ab eo gestum.

*Anno Do-*  
*mini. 1130.*

ARCIA MAXONES  
alias GVERREA. Insignis  
Præsul: eo quippe moderato-  
re sancti Saluatoris Ecclesia  
amplioribus donis, & muneribus est do-  
nata, præsertim à Ramiro Rege II. qui &  
Ecclesias regni sui, & Ecclesiasticos homi-  
nes maxime uoluit liberos, & immunes  
esse. Egit, ut Ecclesia sanctæ Mariæ de Da-  
roca redditus haberet ad Cleri commo-  
dam sustentationem. Obijt honorifice de-  
functus Episcopali munere anno 1137.

*Anno. Do-*  
*mini. 1138.*

VILIELMVS. Fere nulla est  
de hoc Antistite memoria, uixit  
enim annum tantum in Episco-  
pali sede.

*Anno Do-*  
*mini. 1136.*

ERNARDVS II. Studia-  
sus diuini Cultus promouen-  
di. Hic tandem egit cum Eu-  
genio III. Summo Pontifice,  
ut Ecclesia, in qua præerat, regulariū esset  
Canonicorum: quo item nomine eos ap-  
pellauit Alexander III. in confirmatione  
huius concordia: quod & fecit in Ecclesia  
sanctæ

sanctæ Mariæ DEL PILAR, cui Petrum Raymundum de Riela Canonicum Ecclesiæ sancti Saluatoris præfecit: qui mos Priorem huic Ecclesiæ præficiendi seruatus est à successoribus Episcopis. Tandem negotiorum pertesus Episcopali se abdicans dignitate, ut creditur, inter Regulares canonicos Beatæ Virginis ætatem reliquam transegit.



ET RVS III. Studiosus etiam Anno Domini. 1183.  
 & hic diuini Cultus. Interfuit generalibus comitijs Holscæ habitis anno 1162. Eo uero agente obtinuit Alphonsus Rex II. anno 1170. ab Episcopo Ilerdensi, sancti Valerij caput, quod magna nunc religione asseruatur Cæsaraugustæ, dicto solemnique die huius translationis 20. Octobris. Obijt 8. Maij. anni 1184. Sedit autem totos triginta annos.



AYMVNDVS I. Proxime Anno Domini. 1185.  
 præcedentium Antistitum secutus instituta, studuit rem diuinam augere. Scripsit inter

ter regulares canonicos supra memoratū  
Regem Alphonsum, quod ipse summo  
honoris loco ducens ardentè expetierat.

Anno Do-  
mini. 1200.



**R**HODERICVS I. Sub Inno-  
cencio III. Summo Pontifice, &  
Raymundo Rocaberti Tarraco-  
nensi Metropolitano non nihil temporis  
sedem obtinuit.

Anno Do-  
mini. 1201



**A**YMVNDVS II. Hoc An-  
tistite D. Petrus Rex II. mul-  
ta largitus est Ecclesiæ sancti  
Saluatoris.

Anno Do-  
mini. 1216



**S**ANCTIVS I. Huius con-  
silio, & opera usus est in com-  
ponendis, & moderandis re-  
bus sui regni Iacobus Rex  
primus, is qui sub id tempus militarem or-  
dinem Beatæ Virginis de Mercede Redē-  
ptionis Captiuorū erexit. Eo item seden-  
te extructa sunt insignia sanctorū Domi-  
nici, & Francisci Cænobia, nec non etiam  
Diux Claræ sub inuocatione sanctæ Ca-  
tharinæ Monasterium: compositæ quo-  
que



que lites, quæ inter canonicos Episcopalis sedis, & Ecclesiæ B. Virginis *DEL PILAR* agitabantur. Idem Ecclesiæ bona, olim ab alijs usurpata, tandem restituit, & literas à Gregorio VIII. Summo Pontifice accepit, quibus commonebatur, ut Hebræi priuato à cæteris habitu distinguerentur. Obijt 2. Setembris anni 1235. Sedit uero annos octodecim, mēsis undecim, dies sexdecim.



**B**ERNARDVS III. Ex Canonico Episcopus creatus, uir erat consilio præstans, ac prudentia, Regique D. Petro, etiam ante Assumptionem, familiaris: pietate insignis, & religiosæ pariter obseruantia accurato: adeo, ut ex redditibus suis multa in usum Xenodochij fuerit elargitus: ne canonici, etiam ægrotantes, ab ea deflecterent. Excessit 8. Martij. anno 1239.

*Anno Domini. 1236.*



**V**INCENTIVS III. Olim monachus Cisterciensis, uir sanctitate, religione, ac Regio clarus sanguine, interfuit concilio prouinciali Valætix habito, cogente

Tarra-

*Anno Domini. 1240.*

Tarraconensi Metropolitano. Obijt die  
15. Februarij anno 1244. sedit annos tres,  
mentes duos.

Anno Do-  
mini. 1244.



**R**HODERICVS II. Canonicus  
Ecclesiæ Beatæ Virginis, *DEL*  
*PILAR*, in Episcopum assumi-  
tur. Adfuit VII. Tarraconensi Concilio  
anno 1247. Celebrato, ac obijt 22. Februa-  
rij, anno 1248. sedit uero annos tres.

Anno Da-  
mini. 1248.



**A**RNALDVS DE PE-  
RALTA, Primum Episco-  
pus Valentinus, post eam ur-  
bem à Mauris recuperatam,  
anno 1233. Egit, ut pro canonicorum de-  
functorum animis, pauperes duodecim  
ad communem mensam admitterentur.  
Hoc Antistite ac anno 1250. sanctus Domi-  
nicus, Ecclesiæ cantor, ab Hebræis occisus,  
ac non sine miraculo inuentus, in eadem  
Cathedrali Ecclesia honorificè sepelitur.  
Eodem tempore Alexander III. Cesarau-  
gustanam Ecclesiam suscepit protegendâ,  
datis ad id Neapoli plumbatis literis 28.  
Ianuarij. anno Pontificatus sui primo. Ar-  
naldus

naldus uero, ut erat religiosæ cupidus obseruantia, & Ecclesiasticarum rerum studiosus, ius traxit exigendi nonnullos redditus, quò sine ulla necessarij uictus sollicitudine diuinis essent intentiores Canonici: quos redactos ad triginta, Sacerdotes quatordecim, Diaconos decem, reliquos ad inferiora munia deputauit. In alijs uero suæ diæcesis Ecclesijs aptum Clericorum numerum diuinis officijs celebrandis præscripsit. Defunctus est anno 1271. sedit annos 22.



ANCTIVS II. DE PERALTA. *Anno Domini. 1271.* Eiusdem familiæ, ac stematis uix annū in Episcopali dignitate egit.



ETRVS GARZES DE IANVAS, *Anno Domini. 1272.* Statuit, ut ex Defunctorū Episcoporū spolijs primū seruorum stipendia, & alia eorum debita soluerentur. Misit sui Vicarium, ad Tarraconense Concilium, anno 1277. Coactum, Bernardum de Peralta Archidiaconum Cæsaraugustanum

C

num

num. Obijt anno 1278. Præfuit annos 8. multus in Ecclesiæ suæ commodis.

Anno Do-  
mini. 1281.



HORTVNIUS DE VER-  
GVA. Ficto Diplomate Epi-  
scopatum occupavit. Sed per  
Pontifices Honorium III. &  
Nicolaum etiam III. cognita causa non  
solum Episcopali usurpata dignitate, sed  
quouis etiam ad illam iure priuatus est.

Anno Do-  
mini. 1289.



HUGO DE MATAPLA-  
NA. Tandē iussu Nicolai  
III. Summi Pontificis Epi-  
scopatum suscepit, quo ini-  
to ad morum statim reformationem ad-  
uertit animū, ac multa Ecclesiastica bona,  
temporum iniuria ab aliquibus usurpata,  
restituit, non sine difficultatibus superatis.  
Eo item Præsule ædificari cœptum Mona-  
sterium Carmelitarū. Profectus in Galliam  
discordias inter Reges composuit, ac inde  
Romam, nomine Regio, Summo Pontifici  
fidem præstitit: reuersusq; Casaraugustā  
die 24. Septembris anni 1291. D. Iacobum  
Regem II. Assistentibus alijs duobus Epi-  
scopis

scopis, unxit, & coronauit. Obijt demum Romæ die 29. Iunij. anni 1296. ac eius ossa aliquot post annis Cæsaraugustâ translata, iacent in Ecclesia sancti Francisci.



XIMENVS DE LVNA *Anno Do-*

Ex Canonico, à Bonifacio VIII. *mini. 1297.*

Pontifice Sûmo creatus Episcopus, uir fuit existimatione,

sanctitatis, & prudentiæ clarus, ac ab eodem Pontifice hoc elogio celebratus, (uir utique secundum cor nostrum) eo sedente Regina Blanca Monasterium extruxit sanctæ Agnetis ordinis sancti Dominici. Is Regem præliaturum cum Mauris committatus est: interfuit Comitijs à Rege Habitis Cæsaraugustæ anno 1301. ac se ita prudentem, & constantem gessit in negotijs tractandis, ut iam inde cæperit Ecclesiasticû, quod uocant Brachium, his actionibus adesse. Egit, ut statuta præcessorum Antistitum, quæ in dissuetudinem abierant, reducerentur in pristinam obseruantiam. Extructû etiâ fuit Cænobium sancti Augustini, anno 1313. Ac demum in Tarracensem sedem inuitus licet, nec sine Ce-

faraugustanæ urbis mærore, & Tarracoen-  
 nensis lætitia translatus est. Vnde post duo  
 illic habita concilia, ad Toletanam Sedem  
 euehitur.

*Archiepiscopi.*

Anno Do-  
 mini. 1317.



ETRVS LOPEZ DE  
 LVNA. Olim Canonicus,  
 & Abbas Montis Aragonij,  
 Auinione creatur Episcopus à  
 Ioanne XXII. à quo etiam, diuisa Tarraco-  
 nensi Prouincia, primus Cæsaraugustanus  
 Archiepiscopus nominatur, Datis à Pon-  
 tifice ad id litteris, & amplioribus priuile-  
 gijs. Coacta synodo, & rebus Archiepisco-  
 patus sui compositis, interfuit Regijs Co-  
 mitijs anno 1325. Deinde anno 1328. D. Al-  
 phonsum Regē III. facta re diuina solem-  
 nissime unxit, & coronauit. Eodem anno  
 secundum Prouinciale Concilium aduna-  
 uit, & diæcesanum aliud: dictus est & à  
 Rege Cancellarius Regni: unxit etiam, &  
 coronauit D. Petrum Alphonfi Regis suc-  
 cessorem. Extruxit in Ecclesia Metropoli-  
 tana sacellum sancti Bartholomæi, quod  
 nunc

nunc sancti Iacobi dicitur. Obijt die 22.  
 Februarij anni 1345. sedit annos 27.

**P**ETRVSAZNAR DE RA- *Anno Do-*  
 DA Ex Archidiacono Belchi- *mini. 1345.*  
 tensi electus ad Clementem VI.  
 Auinionem profectus est, ut suæ electio-  
 nis confirmationem impetraret. Ab eo au-  
 tem, cognita illius prudentia, & morū in-  
 tegritate, remanere iussus in Gallia, Archie-  
 piscopatu Magalonensi honestatur, nec  
 postmodum legitur Cesaraugustā unquā  
 redisse.

**G**VILIELMVS, Ex benedicti- *Anno Do-*  
 no Monacho assumptus, ac dein- *mini. 1346.*  
 de anno 1350. in Cardinalem ele-  
 ctus interfuit Electionibus Innocentij VI.  
 Urbani V. & Gregorij XI.

**L**VPVS FERNANDEZ DE *Anno Do-*  
 LVNA. Post promotionem *mini. 1352.*  
 Archiepiscopi Guilielmi ad Car-  
 dinalatum assumptus est ex Episcopo Vi-  
 censi, qui & Patriarchæ Alexandrini titulo  
 insignitus fuit. Prouincialem synodum  
 unam

unam: diæcesanas quatuor conuocauit, & anno 1358. Auenionem ad Pontificem Sūmum se conferens, ut discordes Regū animos Castellæ, & Aragoniæ componeret, & alia sui Archiepiscopatus propria tractaret: Cæsaraugustam reuertitur, ac insolentes administrationis temporalis ministros censuris Ecclesiasticis compescuit. Interfuit Regijs comitijs anno 1366. & anno 1371. ac multis præclare gestis pacem inter memoratos Reges tandem composuit. Sacellum erexit sancti Michaelis in Ecclesia Metropolitana, & ex proprio patrimonio undecim beneficia instituit, multaq; facta sibi à Pontifice potestate, Ecclesiæ suæ testamento legauit. Obijt uero die. 15. Februarij anno 1382. & in sacello sancti Michaelis Alabastrino conditur sepulchro. Sedit annos circiter triginta.

Anno Domini. 1387.



**C**ARCIA FERNANDEZ DE HEREDIA. Ex Episcopo etiam Vicēsi ad Archiepiscopatum translatus est. Eo sedente, ac anno 1389. inuenta sunt SS. Engratiæ, Lupercij, & sociorum corpora, ac Massæ



Massæ illæ celebres Martyrum innumera-  
 bilium. Synodum diæcesanam anno 1393.  
 & prouinciale cōcilium anno 1395. conuo-  
 cauit. Interfuit uero Comitijs Regijs anno  
 rum 1399. & 1404. ac Reges solemnī ritu  
 coronauit. Hoc item præfule Benedi-  
 ctus Decimus tertius Cæsaraugustam  
 honestauit sua præsentia, anno 1410. Ipse  
 deniq; Republica tumultuante, post imma-  
 turam mortem Martini Regis, nefarie, &  
 truculenter occiditur à D. Antonio de Lu-  
 na, homine sacrilego die 1. Iunij. anni 1411.  
 Cōstantissimus publicæ iustitiæ defensor:  
 cuius ossa quiescunt in cænobio sancti Frã-  
 cisci, quod ipse in Ciuitate Turoli uiuus  
 extruxerat.



**F**ANCISCVS CLEMENS *Anno Do-*  
 PEREZ. Barchinonensis prius *mini. 1416.*  
 Episcopus ad dignitatem Archie-  
 piscopalem promotus, diæcesanam Syno-  
 dum celebrauit die 23. Augusti anno 1416.  
 sed Summus Pontifex Martinus V. eum-  
 dem anno 1419. quod non esset canonicè  
 electus, ad priorem Ecclesiam redire  
 compulit.

A L-

*Anno Do-  
mini. 1420.*

ALPHONSVS DE AR-  
HVELLO. Ex Francisca-  
na familia, Episcopus olim Se-  
gūtinus, interfuit Regijs Co-  
micijs; Turolī cælebratis tempore Alfonsi  
Regis, sed eius mors, ac sepultura latet.

*Anno Do-  
mini. 1431.*

DALMATIVS DEMVRET  
CERBELLON. Ex Prorege  
Barchinonēsi promotus est. Vir  
erat singularis prudentiæ, ac Regibus Ara-  
goniæ, & Nauarræ in rebus gerendis à con-  
silijs. Synodum conuocauit anno primo  
sue administrationis. Chorum extruxit ex  
pensis suis Ecclesiæ Metropolitanæ, ean-  
demq; ornamentis, ac alijs donis locuple-  
tauit. Obijt die 12. Setembris anni 1456. ac  
eius corpus in eiusdem Ecclesiæ choro se-  
pultum asseruatur.

*Anno Do-  
mini. 1458.*

IOANNES ARAGONI-  
VS I. Ioannis Regis II. filius.  
Pius fuit, magnanimus, & pru-  
dens, non in Ecclesiasticis  
modo, sed & in Bellicis rebus gerendis.  
Appellabatur administrator Archipiscopa-  
tus, quippe Sacerdotali nūquam initiatus  
ordine.

ordine. Excessit anno 1475. in castro de Albalate, unde postea translatus est in Ecclesiam Metropolitanam.



ALPHONSVS II. ARA *Anno Do-*

GONIVS Ferdinandi Re- *mini. 1478.*

gis Catholici filius. Hic annos dumtaxat septem natus oblatus est. Sed Sixtus III. Summus Pontifex, propter minoritatem Alphonsi, Ausiam Dezpuch Valentinum, ac Cardinalem tituli Sanctæ Sabinæ, & Archiepiscopum Montis Regalis, eius loco suffecit. Quod eo nomine ægre ferens D. Ioannes Rex II. Aragonius, quòd per ipsum minime fuerat oblatus; licet illi alioqui Cardinalis gratus esset, egit, ut Alphonso II. in administrationem perpetuam Archiepiscopatus daretur die 9. Augusti. 1478. Alphonsus ergo Perpetuus Administrator quatuor Synodalia concilia celebrauit. Proregis Aragoniæ functus munere, functus est etiã uita die 24. Februarij. anni 1520. Multa largitus Ecclesiæ, Monasterijs, & Nasocomijs. Iacet in Ecclesiæ Metropolitanæ præbyterio sepultus Alabastrino sepulchro

D

chro

chro. Eo sedente, ac die 1. Octobris anni 1485. Petrus Arbuz de Epila Canonicus, ac sancti Officij Quæsitör, prudentia, ac pietate insignis, à nefarijs Iudæis, iuxta chorum intempesta nocte orans, occiditur: ac in eodem loco honorifice sepultus claret miraculis.

Anno Do-  
mini. 1520.



**I**OANNES ARAGONENSIS II. Ferdinandi Regis nepos. Synodum Diocæsanam conuocauit. Eo Præsule, ac anno 1522. Hadrianus VI. Summus Pontifex ex Episcopo Dertusensi, & Cardinali tituli sanctorum Ioannis, & Pauli, in Hispania nostra degens, electus, ac post electionem tres menses circiter CæsarAugustæ cõmoratus, summo honore, ac ueneratione à CæsarAugustanis ciuibus affectus fuit, Cononicis Metropolitanæ sedis liberaliter, quæ necessaria erant ad domesticos sumptus, ministratibus. Obijt Madriti die 25. Nouembris anni 1530.

Anno Do-  
mini. 1532.



**F**EDERICVS DE PORTUGAL Lusitanus, Calagurritanus olim Episcopus, & Segobienensis

ensis, ac demum Seguntinus, Prorex item Barchinonensis in Archiepiscopum eligitur, & Confirmatur anno 1532. Quo tempore Synodum habuit Dicecesanam. Obijt die 6. Ianuarij anni 1539. multa eleemosynæ nomine largitus.



FERDINANDVS ARAGONIVS

Anno Domini. 1539.

Ferdinandi etiam

Regis Nepos, ac. Ioannis II. germanus frater, Abbas Verolensis, uir magnæ prudentiæ, & in Ecclesiasticis disciplinis uersatus, antiquitatum amator, & pacis. Metropolitanam Ecclesiam sumptuoso ædificio auxit, Cænobium Carthusianorum ædificauit, donis, redditibus, muneribusq; uarijs locupletauit. Prouincialem Synodum habuit, in eaq; sacrosancta Tridentini Concilij decreta debita cum ueneratione recepta sunt. Proregem egit Aragoniæ, ac tandem plenus dierum post magna, & pia ædificia in hospitalibus, monasterijs, & locis pijs cõstructa functus est. die 29. Ianuarij. anni 1575. ac sepultus Alabastro in sepulchro, in Sacello quod suis etiam sumptibus erexit, atq; donis illustrauit.

Anno Do-  
mini. 1577



ERNARDVS ALBARA-  
DO DE FRASNEDA. Ex  
Franciscana familia, Philippi Re-  
gis II. olim à confessionibus, mox Conché-  
fis, deinde Cordubensis Episcopus, ac tan-  
dem septuagenario maior Archiepiscopus  
Cæsaraugustanus electus, & confirmatus,  
obiit eodem confirmationis anno die 2.  
Decembris, nondum accepta possessione.

Anno Do-  
mini. 1579.



NDREASSANTOS.  
Episcopus olim Turolensis,  
uir sapiens, ac prudens, anima-  
rum salutis auidissimus, diui-  
niq; cultus indies promouendi studiosissi-  
mus, primo suæ promotionis anno Syno-  
dum habuit Diœcesanam. Egit uero, ut sa-  
crofanti Tridentini Concilij monita, &  
statuta, ea præsertim, quæ ad Cleri spectât  
reformationem, ac sacramentorum admi-  
nistrationem, in praxim deducerentur; lu-  
strata ob id tota diœcesi, ac examinatis, in-  
structisque Parochis, iuxta Ecclesiæ cuius-  
que, populique exigentiam. Obijt nõ sine  
populi mœrore in oppido Montisonij, dũ  
Regijs

Regijs Comitijs interesset, die 13. Mensis  
Nouembris anni 1585.



NDREAS DEBOVADILLA, ET CABRERA, Ex *Anno Do-  
mini. 1587.*

Illustri familia comitum de Chin-  
chon, germanusq; frater Didaci Fernan-  
dez de Cabrera, & Bouadilla Philippi Re-  
gis II. à Consilijs, ac unice familiaris: ex Se-  
gobienſi Episcopo promotus, uir fuit ma-  
gnanimus, benignus, pacis amans, pius  
æque, ac populo carus. Præfuit nomine  
Philippi Regis II. Regijs Comitijs, in Turia  
ſonenſi urbe celebratis, ubi in morbum  
lethalem incidens, magno omnium dolo-  
re, moritur, die 25. Augusti anni 1592.



LPHONSVS GREGO- *Anno Do-  
mini. 1592.*

RIVS, Primùm Vicarius Ge-  
neralis duorum proxime præce-  
dentium Antistitum, postea Albarracinen-  
ſis Episcopus, Suscepto munere, nihil ha-  
buit antiquius, quam tertiam reddituum  
portionem pauperibus erogare, duabus  
alijs in necessariam domus sustentationem,  
& expensas sui muneris reseruatis.  
Solem-

Solemne illi erat Inuicenti Diocesim secum plures religiosos uiros, ad conicionandum, & audiendas confessiones habere, quò indulgentiam à Summo Pontifice impetratam, qui Eucharistiam ex eius manibus acciperent, frequentiores consequerentur, quod & accidit. Nā ( ut ex hoc uno de reliquis fiat coniectura ) anno 1601. solis tribus postremis mēsis, pro Visitatoris munere, quo fungebar, obseruaui, undecim millia octingenta, & unū capita id egisse. Multa suis sumptibus extruxit, multa instaurauit, multa denique ædificia reddidit ampliora. Vir erat insignis parsimonix, ieiunabat ter in hebdomada, & ubi uires aderant, contentus erat pane, & aqua. Capiebat somnum modicum, duro in lecto cubans. Post Romanum officium, & quotidianum Sacrum, horas etiam Beatæ Virginis, eiusq; Rosarium, ac Defunctorum officium recitabat. His intentum pietatis offitijs mors oppressit. Ac diuturno afflictatus morbo, quem accerbissimū suis ad Deum precibus impetrarat, memor Dominici cruciatus, & Purgatorij ignis euitandi, singulare reliquit posteris  
 tole-



tolerantiæ suæ specimen : astantibus lachrymas, quas è carorum seruatorum oculis copiosissimas elicuit, nouissimis uerbis, quibus nos consolatus, & ad Christianam pietatem adhortatus, hilari uultu efflauit animam, die 27. Octobris anno 1602. honorifice sepultus sumptibus alienis, inops, exemplo Christi, Archiepiscopus ex locupletissimo.



**T**HOMAS BORGIA.

ANNO DOMINI. 1603.

Ex clarissima Borgiarum stirpe: unde Calixtus III. Alexander VI. decem sanctæ Romanæ

Ecclesiæ Cardinales, Archiepiscopi, & Episcopi complures, alijq; sexus utriusq; eximie sanctitatis, & uirtutis prodire. Illius uero fuit Francisci frater, quæ ex Gandiæ Duce Professum societatis IESV, illiq; Præpositum Generalem ob suas eximias uirtutes, quibus proxime uiris heroicis præfati sæculi accedebat, Hispania omnis, ac multus terrarum orbis suspexit. Olim Canonicus, & pro Illustrissimi Archiduce Cardinali Ecclesiæ Toletanæ gubernator: inde supremus causarum Christianæ Fidei Quæstor, ac postea

ac postea Malacensis Episcopus efficitur. Prorex Aragoniæ creatus, iustitiæ zelo ardens, acerrimus fuit criminum uindex, & æquissimus sui cuiq; iuris distributor. Magnanimus æque, ac liberalis Princeps habitus. Quo Præsule conclusum tandem, ut CæsarAugustana Ecclesia, iustas ob causas, ac prudenti consilio, pro temporum scilicet, & personarum circumstantijs, Clementis VIII. Pótificis Sûmi auctoritate, in eum quem modo sæcularem habet statû, reduceretur. Hic me pro eximia, qua præstabat commitate, in familiarem suû admissum, & à consilijs esse uoluit, & totius Archiepiscopatus officialem. Moritur, me præfente die 13. Setembris 1610. Jacet in insigni Virginum collegio, ubi monumentum sibi uiuus elegerat, suisq; sumptibus extruxerat.

L A V S D E O.



